

nihil est quod reponam. Minus multo ad istam, qua ut inter
 amicos porro tibi adscribar pati. si videris bona fide. Hoc vo-
 cabulo si designari possunt, qui te amant, colunt, reuerentur.
 Ecce vir doctissime diu est cum hoc, fui, quod me sero nasci ^{nescio an}
 existimes. Summa pietatis tua testem habeo bonos omnes
 doctrina doctos, omnium instar Heinsium meum, et certe
 tuum, praecouens nempe tui indefesum. Accedis ipse cum
 doctrina nouo argumento, opere quam erudito. Nouo item
 item pietatis; alloquio familiari, benevolentia ^{trae}
 doctar, erga hominem, ut dicebam, insciunt, et in pene-
 tralia Orientis, vestigia tua nec oculis assequentem.
 Non facio tamen, nisi quod diu cepi. amo te vir summe,
 colo, reueror, sed amabo usque colam reuereror. id in
 futurum cumulo adjici potuit. Tu si quid amari tam
 gratuito addes, amare esto. Ama, ut merear, opera dabitur
 et quidem apud te certissime sic merebor, qui et nescius
 te amari, nescium ultro amasti, et quod serio toties
 inculco immerentem. Vale. 21. Ian. 1635.

Salmasio.

In re vestiaria antiqua, quam adornas, vir Nobilissime, ⁽²⁰⁷⁾
 velim te iuuare possim, ut credidisse visus es. Sed Arcus
 Mariani, et quorum porro apud Affinens meum memi-
 nisti, nihil hactenus nisi fando accepi. Statim vero
 ut ex literis tuis cognoui, quid earum rerum penes me
 reperendum duceres, dedi operam, ut in posterum quod
 nunc socordia mea contigit, ne fallaris. et ab illustrissi-
 mo Arausii praefecto, sedulo petij, si quid ibi rerum
 antiquarum exstet, ocius transmittat: sin vero ut
 extaret, nemini satis cura fuerit, neque lamellis quidquam
 ligneis aut aeneis incisum, ut eorum ferri quae ad manum
 incuriosi sumus, auidi exterorum, delineari mandet
 exacta mano, et copiam item nobis faciat, quam
 primum possit. dum defuit annis, et expectas tabellam
 istam, nisi fallor, non agra inspicias. Lapis est circa
 Sanctos, sive Castra Trajana maris, in Clivis effossus
 nostra aetate, et armatura veteris ornamentum non
 obscure representat, quo nomine Principi olim meo
 oblatum et charum fuit. Tuo usui an conducat ipse videris,
 et porro proprium habebis. Superest enim exemplar alterum
 quo nuper tamquam nouo munere, a Ioanne Smithio
 donatus sum. Ad quem virum, mi Salmasi, si te able-
 gari pateris (Noviomagi in praeconio verbi diuini versatur)
 faxo

facio non poeniteat. Thesaurum rei antiquariae possidet, atque
ut ἀπορρογὸν τῆς Χρῆμα τῆς το, quotitiae adauget, effossum
quod mireris, in unius Noviomagi suburbis, quam urbem
olim ipsissimum Oppidum Batavorum fuisse ex Tacito,
non satis eo loci hactenus intellecto, valide convincit, et
tractatu, si me audiat, publico (confectum enim aut affec-
tum inter schedas habet) propetiem demonstrabit. Pen-
antiquaria, quam dixi, si compendium vis, dignare cui
intuitu Elegiam, quam plenus aliquando et humanitate
viri et Musaeo ab his rebus instructissimas postaster offudi.
offudi nimirum inter arma et lituos castris Bredensibus,
qua circa autumnum anni elapsi, prope me successisse
meministi, marce longiuscula quam cum exercitu Novio-
magi feceramus. Tot verbis hoc ago, ut me cum hoc
scriberem, destitutum libris, turbis obrutum fuisse credas.
credes autem, nec jurato, si tanti est ut perlegas. quod ne
rogo quidem, nisi Smithij causa, et sic mea. ut et amare
discas virum optimum, et ille se amari a Salmasio mihi
imputet. Me ut ames nondum postulo, paulatim hoc
audebo, ubi, sicut res est, in animum induxeris esse me quod
dixi fui, immensa eruditionis tuae et aeterni nominis
ardentissimum cultorem. Vale vir summe, et qua dixi lege
aliquando ut me ames, ferre jam aunc incipio. XV. Cal.
Febr. C1715CXXV.

Taus.
C. H.

Heinsio.

Nobilissime Domine.

(208)

Nihil fabulose fingam. factum octimestrem ad te mitto
sed ut vides validum et vitalem; obstetricis dominae
Desloges, matronae celebri, inter Gallos, et quod ad rem
facit, si illorum lingua efferas, foeminae sapiente. Mitto
inquam Balzaci linae literas 15. Maij ad me scriptas,
15. Ianuarii redditas, obstruxeritque viam casus ve-
densue, incertus adhuc sum: sed investigabo: ratio
perinde tua ac mea interesse, ut ratio constet tatriori
responsi, apud virum rotundissima, et in speciem facilli-
mae elocutionis, sed cuius etiam familiares epistolae
multo sudore condiri, probis auctaribus comperi.
unde